

cessorem defundi primi heredis, cum omnibus iis, quae heredi debentur.

34. Inter res hujuscemodi transmissibiles refertur hereditas, circa quam requiritur, ut sit Adita. Nam Non-adita regulariter non transmittitur. L. un. §. 5. C. de cad. toll. ibi: Hereditatem enim nisi fuerit adita, transmitti nec veteres concedebant, nec nos patimur. De causa hujus rei latissime differit Gometzius d. l. p. 93. ad quem Lectorem remitto.

35. Ab hac regula Dd. communiter excipiunt tres casus, quorum unus SVitatis, alter sanguinis, tertius est Juris deliberandi. Verum anverè, hereo, potissimum, quoad Transmissionem, quae fit jure SVitatis, & quæ beneficio Juris deliberandi. Illa ideo videtur esse hereditatis quæstionis non querendæ, quod existentia SVI heredis sit instar additionis, ideoq; ut per hanc quæstionem hereditas ad quoscunq; ita & per illam Transmittatur. L. 29. §. 2. D. de Cast. pecul. L. 8. C. de suis & legit. hered. Hæc verò non est hereditatis, sed ipsius solius beneficii deliberationis annalis, de hereditate adeunda vel repudianda prorogatio, & extensio. Unicus igitur casus sanguinis, unicè veram constituit regulæ Exceptionem, cum Transmissione illa sanguinis non sit herendum SUORUM, qui ipso jure existunt heredes, sed eorum, quales sunt Emancipati respectu Patris, & indistinctè liberi omnes, respectu matris. Si eruditivis, lege hac de Controversia pro solempni suo eleganter & accurrare differentem supra laudatum Dn. D. Frantzium. Exerc 6. quest. ult.

36. Deinde & hoc ad Transmissionem hereditatis necessarium esse videtur, ut non sit repudiata. L. un. C. de his qui &c. ibi: Si tandem hereditatem non recusant. L. 13. ff. de acquir. & omitt. heredi. ibi: Repudiatione hereditatem amittit.

37. Ad res Transmissibiles pertinent quoq; Legata, sed si sint purè relicta, aut si sub conditione, vel in diem, ut purificata sit conditio, vel cesserit dies morte heredis transmittentis. L. un. §. 7. C. de Cad. toll. L. 69. D. de Cond. & Demonst. L. 16. §. fin. ff. de legat. 1. L. 75. §. 1. ff. de legat. 2. Legatis equiparatur mortis causa donatio, que exemplo illorum etiam sine agnitione transmitti potest, sicut ita aliquot annos in Scabinatu nostro fuisse judicatum ex Magnific. & Ampliiss Dn. D. Præf. Promotore meo & viternum devenerando accepit.

38. Simili modō Jus accrescendi Reale, querela in officiis, dos,